



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Denkwürdige Beiträge für Geschichte und Rechtsalterthümer

Wigand, Paul

Leipzig, 1858

10. Bestimmung, wie es mit den Mönchen in der Noth contrahirten
Schulden nach ihrem Tode soll gehalten werden, 1352

urn:nbn:de:hbz:466:1-30944

10. Bestimmung, wie es mit den von den Mönchen zu Corvey in der Noth contrahirten Schulden nach ihrem Tode soll gehalten werden.
1352.

Nos Theodoricus, Dei gratia Ecclesiae Corbeiensis Abbas, ordinis S. Benedicti, Paderbornensis dioecesis, omnibus praesentibus futurisque votivae orationis holocaustum. Cum ecclesia nostra in medio nationis perversae sit posita, ita quod hinc inde et altrinsecus nihil resonat, nisi bella fremunt, tam civilia quam externa; et propter hoc possessiones, de quibus fratres nostri consueverunt sustentari, direptae sunt et exhaustae, ita quod praebenda eorum non sufficit pro victu et amictu, unde contingit saepe et saepius, quod dolemus, quod apud creditores mutuo contrahunt sub foenore, quandoque et aliquoties sub alio titulo improbo et contractu, ita re vera etiam, quod aliquando, eis decedentibus, creditores sui in solutionibus decipiuntur. Denique licet monachus propter vitium proprietatis contrahere non possit, maxime tamen, cum non possit possidere, et tum nos, in spectaculo positi, perpendamus anceps periculum, utrobique dispensamus cum eisdem in hoc, quod mutuo contrahunt moderate, necessitate perurgente, ita sane, quod dominium mutui maneat apud nos, usus et dispositio subsistat apud ipsos, et quod in usus licitos expendatur, sicut est per expressum; indulgentes eis insuper ac hoc, quod proventus primi anni, postquam defunguntur, praelaturae cui praest, si est praelatus, et obventiones praebendae, si est privatus, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, pro solutione debitorum suorum cedant integraliter et in toto. Addicitur etiam, si non teneretur defunctus, quod proventus praelaturae, si foret praelatus, ad structuram officinae suae, et obventiones praebendae privati ad fabricam communitatis cedent, contradictione cujuscunque non obstante. Acta sunt haec capitulari tractatu, praemisso consensu omnique confratrum nostrorum requisito et obtento solemnitatibus debitis et adjunctis. Et tradita est ista gratia a Nobis communita et decreta, ac perpetuis temporibus duratura, ita summopere, quod pro statu nostro et nostrae ecclesiae, ac pro progenitoribus affinis et familiaribus nostris, orare delectet praesentialiter et in futuro. In cujus rei evidentiam sigillum nostrum majus una cum sigillo nostri conventus praesentibus sunt appensa. — Et nos Prior, Praepositus, totumque Capitulum Corbeinse praedictum praesentibus profiteamur, Nos capitulariter interfuisse, et huic uniformiter subscripsisse, et sigillum nostrum majus ad evidentiam apposuisse. — Datum A. D. M. CCC LII, crastino die Marci Evangelistae.

XI Wir wissen, daß es im 15. Jahrh. in der einst so reich begüterten Benedictiner-Abtei Corvey oft an den dringendsten Bedürfnissen fehlte, und die verwilderten Mönche wie Bettler im Lande umherirrten. Diese Urkunde zeigt uns nun auch, daß schon in den anarchischen und fehde-süchtigen Zeiten des 14. Jahrh. das Kloster tief gesunken war, daß es oft an den dringendsten Lebensbedürfnissen Mangel litt, und die Mönche genöthigt waren, theils an Mildthätige, theils an Wucherer sich, wegen eines Vorschusses auf ihre Präbende, zu wenden. Man sah sich genöthigt, zum Besten der armen Mönche sowohl, als zum Schutz der Gläubiger, außerordentliche Maßregeln zu treffen, und eine Ausnahme von den Regeln des Ordens zu gestatten.